



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

§. 1. Necessitas sollicitudinis pro bonis animabus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

duos pullos columbarum. Prout quanta absconduntur mysteria sub hoc solutionis genere! Lubens explanabo vobis aliquam illorum patrem.

Quid mysterium solitudinis turris à sanctissima Virgine dicitur.

Nihil magis est congruum ad emendandum Infantem JESUM, quam dare & offerre turtures. Innocens hæc avis tres habet qualitates sibi proprias omninò & speciales, quæ luculenter docent, qualiter dispositas esse oporteat animas, quætere, invenire, & possidere volentes Deum. Prima est, quòd tur-

tur fugiat strepitum & tumultum turbæ, loci que oblectetur solitarijs. Secunda est, quòd nunquam canet, quòd nunquam aspiciatur læta, sed semper audiatur gemens. Et tertia est, quòd semper amet, quod amavit semel: Unde oritur, quòd, dum patitur jaçuram vel absentiam suæ consortis, omne genus respuet consolationis. Talem oportet esse animam, quæ acquirere desiderat, & conservare possessionem DEI sui.

* * *

§. I.

Necessitas solitudinis pro bonis animabus.

Solitudo necessaria est volenti possidere Deum.

IN primis amare solitudinem, scilicet que abstrahere à magnis congressibus, turbis, ac multitudine hominum, absolutè necessarium est cuicumque volenti possidere Deum. Certum est, idque evidenter demonstrat experientia, quòd respirare infectum veneno aërem, non magis lethale sit corporibus, quam respirare aërem mundi (& præcipuè mundi magni) perniciosum est animabus. Non respiratur hæc nisi vanitas, nisi voluptas nisi maxima oblivio Dei, nisi maximus affectus erga carnis voluptates, nisi fastidium & summus contemptus rerum cœlestium. Ecce! omnia, quæ videntur, quæ audiuntur, quæ plerumque aguntur in congressibus mundi magni, & etiam in illis mundi parvi.

Non immeritò dicitur, populus esse bestiam centipitem, esse quoddam monstrum, quod videatur habere genium & instinctum omnis generis animalium, idque sufficere solùm ad delineandum id omne, quòd irrationabile & immoderatum est in mundo. Si illud auscultes, nihil audies, nisi confusum clamorem canum, allatrantium prædas suas & ubivis suos infigentium morsus; nisi rugitum leonum spirantium vindictam; hinnitum equorum currentium post fœminas; sibilos serpentium habentium linguam & dentes virulentos, ad spargendum ubivis suæ venenum maledicentiæ; grunitum porcorum se volutantium in luto carnalium suarum voluptatum; crocituram corvorum iat

Populus est velut belua centiceps.

et. an.

cessanter clamantium, eras, eras cogitabimus de Deo, sed modò finatis me meo frui cadavere: Ecce id, quod auditur in inferiori mundo, id est, inter turbam & multitudinem populi. Hoc totum negotium est enciclopedia hujus bestie, & inter hæc omnia non auditur vox turturis.

Plal. 38.
vers. 7.

Regiendus
aut suis il-
lecebris
mundus, si
quis potiri
vult Deo.

Sed quid videretur in toto hoc mundo magno, nisi spectacula vanitatum? Spiritus Sanctus asserit nobis, apud Plalten Regium: *Peruntamen in imagine pertransit homo*, id est, quod homines ex totâ vitâ suâ non faciant nisi quandam imaginem, aliquam representationem, & meram fictionem, ejus quod non sunt: Homines hi personati, nunquam non alienâ utuntur veste, quasi continuam representantes Comœdiam, quam exhibent in magno hoc mundi theatro, ubi quilibet habere conatur vestimenta splendidissima quæ congrua non sint conditioni suæ, sed arti suæ: Non nisi contentunt exhibere personam magis insignem, quam possunt, non laborantes, ut magni sint reipsâ, beati & meritis repleti, sed ut appareant, nec aliam habentes emulationem, nisi ut illum extollant super alios, qui fuerit magis prodigus, magis gulosus, magis arrogans, magisque impius: Ecce tibi spectacula mundi hujus magni. Oculi turturis idonei non sunt, ut hæc intusantur.

Tandem de quo miscentur sermones in mundo? An de Deo? nunquam, nisi injuriam inferendo sancto ipsius Nomini per imprecationes & blasphemias, vel per contemptum & illusionem pietatis. Quæ occupatio est hominum? quæ sunt, quibus invigilant, negotia? Sunt ne illa salutis? Nunquam vel quasi nunquam: os non loquitur nisi ex abundantia cordis. Et quia cor repletum non est, nisi crepundijs terræ, negotijs, consilijs sese stabiliendi in hoc mundo, ac si egrediendum indè nunquam esset, necessitatibus corporis, & omnibus ijs, quæ spectant ad vitam animale, ac si nobilitas haberent nihil, quam bestia, hinc verba nunquam faciunt nisi de his, divina autem & celestia alto involvunt silentio? Quâ ratione igitur anima invenire vel possidere possit Deum in regione, ubi nihil videt, ubi nihil audit, ubi nihil agit nisi de rebus, quæ ut les non sunt nisi ad illum sibi subducendum, & omnino tradendum oblivioni?

Fugite, fugite ô innocentes turtures, avolate, recedite in solitudinem: *Vox turturis audita est in terrâ nostrâ*; in silentio & tranquillitate nostri deserti invenitur DEUS, auditur & percipitur vox ejus, & maximâ cum libertate degustatur suavitas conversationis ipsius.

* * *

S. II.